

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Seria litteratorum, hominum poenitentia, institutio
eruditorum delinquentium - Cod. Ettenheim-Münster 60**

[S.l.], 1727

Reverendissimo prae nobili ac Amplissimo Domino Domino Ioanni Baptistae
Monsterij

[urn:nbn:de:bsz:31-108344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108344)

Reverendissimo prænobili, ac Amplissimo
Domino, Domino Joanni Baptista
Monasterij ad S. Etionem B.V.M.
assumptæ prope S. Landelinū
presuli dignissimo,

Comiti palatino Cesareo, ac Alme Con-
gregationis Benedictine Alsatico-
Brisgoice, Visitatori meritisimo,
Patri meo Gratiissimo ꝛ ꝛ

Non existimo Reverendissime ac Gratiissime
Domine presul, causam mihi prolixè perorandam,
cur in opella huius fronte Nomen tuum Amplis-
simum exstare voluerim. Libello enim huic Helio-
tropij indoles est, ad radiantem solis discum faciem
suam convertentis. Hinc ad Anfulati capitis tui
splendorem velut ad solem suum se obsequiosissime
convertere, ac ad lucidissimos dotum tuarum radios
folia sua explicare voluit. Ac quemadmodum
Heliotropiam auream suam foliorum in orbem diffusorū
coronā singulari plani naturæ artificio aureum solis
vultum exprimit, ac vel idè naturali quædam inclina-
tione, ac ingenito, ut ita dicam amore in amicam, et
similem eius faciem propendet: ita etiam libellus iste
in quo secula litteratorum hominum traditur penitentia,
ad Gratiissimas Manus Tuas gestis pervenire, amplio-
rem lucem à presentia Tuā, ut portæ solis instar clarissimā, mu-
tuam accepturus. Neque enim errabo Reverendissime ac
Gratiissime Domine presul, si te soli comparavero,
cum illum Abbatibus tuis insignibus impreseris et
tot he dotibus, ac ille radij coarctes: hoc tamen Te inter
ac illum discrimine, quòd is in altum erectus legem

2

Occidendi sibi habeat impostam, Tuas autem Dignitatis Dotes
semper in ortu, occasum nesciant.

Has sane præminentia Dotes Tuas, Dum intensius
non nihil confideo, idem mihi contingit, quod ipse, qui, Dum
audacibus solem oculis intuentur, nimis radiorum, solarium
splendore ita perstringuntur, ut veluti densa oborti nebula
circumfusa lucis nitorem non valeant amplius agnoscere.
Hinc quia stupefacto, ac ad fulgidissimum Dorem Tuarum
lumen caligante animo laudes Tuas moliri non possum, ali-
quas saltem Dorem illuminationes, quibus velut stellis lucidissi-
simis Anfulatum caput tuum resplendet, nictantibus oculis
eminus intueri mihi licebit.

Nihil autem hic commemorabo de suavissima Humi-
litate Tua, quam Abbatiæ Gravitati tam Debra alterem-
peras, ut omnes gratia quidam necessitate cogantur te revere-
reri, ac oppido suspicere. Nihil etiam hic afferam de exi-
mia Benefolentia Tua, quâ præfulentis fastigium tam
suaviter solis demittere, ut de te merito, licet servorum
minimos, singulari hactenus amore complexus, et favore
prosecutus fueris. Quid saltem concede Reverendissime ac
Amplissime Domine præful, ut inimitabilem Constantiam Tuam
quâ in armato nosse sæculo elapsis Maronitis, quævis anni
revolutionibus, Martis et mortis temporibus, concupentis belli, sa-
vientis injurijs imperterritè obviasti, mihi liceat stupecente animo
admirari. Sane sicut petra aliqua decumanis pulsata fluctibus
ipsa patientia fortius induravit, ita et Tu videbare inter furores
belli pavore conspernatos filios in illa temporum acerbitate
tolerandi consuetudinem in naturam vincendi convertisse: adeo
enim non commovebaris belli calamitatibus, ut omnes adver-
sitates, quod immotos magnanimitatis Tuæ scopulos, alij se suam
virescens indolem exiisse, ac ipsum etiam calamitatum nomen
amississe.

Quid nunc dicam de laudabilissima Magnificentiâ Tuâ
quâ canobium, nostra novis ecclesijs, vestris vetus annihilando
præcellentioribus Ecclesiam nobilitas struaturis? quid his aliud
egisti præful Amplissime, quam quod vel ipsi ferro, ac
Laxis vocem impereris, quâ Tuas in seram ætatem peren-
naturas laudes faciundâ facilitate posteritati loquerentur?

